

PROLOGUS

Mores dicimus animi vitia vel virtutes quæ nos ad mala vel bona opera pronos efficiunt. Sunt autem vitia seu bona non tantum animi, sed etiam corporis, ut debilitas corporis vel fortitudo, quam vires appellamus; pigredo vel velocitas; claudicatio vel rectitudo, cæcitas vel visio. Unde ad differentiam talium, cum dicimus vitia, præmisimus animi. hæc autem vitia, scilicet animi, contraria sunt virtutibus, ut injustitia justitiæ, ignavia constantiæ, intemperantia temperantiæ.

PROLOG

Numim obiceiuri acele vicii sau virtuți ale spiritului, care ne dovedesc înclinați spre făptuiri rele sau bune.

Există însă vicii sau înclinații bune, nu numai ale spiritului, ci și ale trupului; astfel sînt slăbiciunea sau tăria trupului, numite trăsături esențiale, precum: încetineala sau iuțeala, șchiopătatul sau mersul drept, orbirea sau vederea.

Pentru a face o diferențiere de acestea, cînd am spus *vicii*, am specificat *ale spiritului*. Aceste vicii, adică ale spiritului, sînt contrare virtuților, precum nedreptatea – dreptății, lașitatea – fermității de caracter, nestăpînirea – cumpătării¹.

CAPUT PRIMUM

De vitio animi, quod ad mores pertinet.

Sunt autem animi quoque nonnulla vitia, seu bona quæ a moribus sejuncta sunt; nec vitam humanam vituperio vel laude dignam efficiunt, ut hæbietudo animi vel velocitas ingenii; obliuio vel memorem esse, ignorantia vel scientia. Quæ quidem omnia cum æque reprobis ut bonis eveniant, nihil ad morum compositionem pertinent, nec turpem vel honestam efficiunt vitam. Unde bene, cum superius præmisissemus: «animi vitia», ad exclusionem talium subjunximus: «quæ ad mala opera pronos efficiunt,» id est, voluntatem inclinant ad aliquid, quod minime convenit fieri, vel demitti.

CAPITOLUL I

Despre viciul spiritului ce ține de obiceiuri

Există numeroase vicii sau înclinații bune ale spiritului, care sînt legate de obiceiuri; ele nu fac însă viața omului demnă de critică sau laudă prin necunoaștere sau cunoaștere: amorțeala spiritului sau iuțeala firii, a fi uituc sau a avea memorie bună.

Chiar dacă toate acestea există în egală măsură ca demne de dispreț sau bune, ele nu țin cu nimic de alcătuirea obiceiurilor și nici nu fac viața mai rușinoasă sau cinstită. Tocmai de aceea, cînd am subliniat mai sus, *ale spiritului*, am adăugat îndată, pentru eliminarea unora de felul celor arătate, *care ne dovedesc înclinați spre fapte rele*, adică acestea înclină voința către ceva ce doar în cea mai mică măsură se cade să existe sau să fie iertat.

CAPUT II

Quid distet inter peccatum et vitium inclinans ad malum?

Non est autem hujusmodi animi vitium idem quod peccatum, nec peccatum idem quod actio mala. Verbi gratia iracundum esse, hoc est, primum vel facilem ad iræ perturbationem, vitium est, et mentem inclinans ad aliquid impetuose et irrationabiliter gerendum, quod minime convenit. Hoc autem vitium in anima est, ut videlicet sit ad irascendum, etiam cum non movetur ad iram: sicut claudicatio, unde claudus dicitur homo, in ipso est, quando etiam non ambulat claudicando; quia vitium adest etiam cum actio deest. Sic et multos ad luxuriam sicut ad iram, natura ipsa, vel complexio corporis pronos efficit; nec tamen in ipso hoc peccant quia tales sunt, sed pugnæ materiam ex hoc habent ut per temperantiæ virtutem de se ipsis triumphantes coronam percipiant, juxta illud Salomonis: «Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium.» Non enim religio ab homine vincit, sed a vitio turpe existimat. Illud quippe bonorum quoque hominum est; in hoc a nobis declinamus.

CAPITOLUL II

Ce deosebire este între păcat și viciul ce ne-ndeamnă spre rău?

În acest context al spiritului, viciul nu este același cu păcatul și nici păcatul nu este tot una cu făptuirea rea. Mulțumită cuvîntului poți fi pornit spre mînie, ceea ce înseamnă că ești înclinat, sau ușor predispus, către tulburarea mînioasă, fapt ce reprezintă un viciu care înclină mintea spre a îndeplini ceva violent și irațional, ceea ce nu i se potrivește deloc. Acest viciu însă se află în suflet, astfel încît se înțelege că duce la aprinderea mîniei chiar și cînd nu îl mișcă efectiv pe om spre mînie²: precum șchiopătutul, spre exemplu, de unde și numirea omului șchiop, trăsătură existentă în sine chiar și cînd acela nu umblă șchiopătînd, deoarece viciul e prezent și cînd acțiunea lipsește. Astfel, natura însăși, sau alcătuirea corpului îi face pe mulți să fie înclinați către exces sau mînie; totuși ei nu păcătuiesc prin chiar faptul că sînt astfel alcătuiți, ci tocmai din aceasta își obțin materia luptei, încît prin virtutea cumpătării, triumfînd față de ei înșiși să poată obține coroana, conform acelei cugetări a lui Solomon: „Mai bun este cel ce răbdînd bărbatului puternic, îl stăpînește prin spiritul său pe cuceritorul cetăților”³.

Căci se consideră că nici religia nu este învinsă de om, ci de rușinosul viciu. Acest lucru se întîmplă de altfel și în cazul oamenilor buni, aspect pe care însă îl respingem.

Hanc nobis victoriam commendans Apostolus ait: «Non coronabitur quis, nisi legitime certaverit.» (Tim. II, cap. II, v. 5)

Certaverit, inquam, non tam hominibus quam vitiis resistendo, ne nos videlicet in consensum pertrahant pravum: quæ, etsi homines cessent, impugnare, nos non cessant, ut tanto periculosior eorum pugna sit, quanto frequentior; et tanto victoria clarior quanto difficilior. Homines vero quantumque prævaleant, nihil vitæ nostræ turpitudinis ingerunt, nisi cum more vitiorum, et, quasi nobis in vitia conversis, turpi nos consensu subjiciunt. Illis corpori dominantibus, dum liber animus fuerit, nihil de vera libertate periclitatur, nihil obscenæ servitutis incurrimus. Non enim homini servire, sed vitio turpe est; nec corporalis servitus, sed vitiorum subjectio animam deturpat; quidquid enim bonis pariter et malis commune est, nihil ad virtutem vel vitium refert.

Recomandându-ne această victorie, Apostolul spune: „Nu va fi încoronat cineva, dacă nu va fi luptat drept” (II Timotei, II.5).

Va fi luptat, zic și eu, dar nu atât cu oamenii, cât rezistînd viciilor, ca acestea să nu ne tragă definitiv spre o consimțire greșită; acestea chiar dacă oamenii ar înceta să lupte împotriva lor, nu ne-ar slăbi din strînsoare, încît lupta lor ar fi cu atât mai periculoasă cu cât ar fi mai intensă, dar și victoria împotriva lor ar fi cu atât mai strălucită cu cât ar fi mai dificilă. Într-adevăr, cu cât sînt mai puternici prin valoarea lor, cu atât nu impun nimic spre rușinea vieții noastre, decît prin obișnuința viciilor și, ca și cum noi am fi fost convertiți la vicii, ne împing spre o consimțire rușinoasă. Chiar dacă poruncesc corpului, aceasta, atât timp cît spiritul este liber, nimic din adevărata libertate nu este în primejdie și nici nu ne îndreptăm către o sclavie rău prevestitoare. Rușinos nu este să-i servești omului, ci viciului; nu sclavia trupească, ci supunerea la vicii desfigurează sufletul; dar ceea ce este comun în egală măsură și celor bune și celor rele, nu se raportează cu nimic, nici la virtute, nici la viciu.

CAPUT III

Quid sit animi vitium et quid proprie dicatur peccatum?

Vitium itaque est, quo ad peccandum proni efficimur, hoc est, inclinamur ad consentiendum ei quod non convenit, ut illud scilicet faciamus aut dimittamus. Hunc vero consensum proprie peccatum nominamus; hoc est, culpam animæ, qua damnationem meretur, vel apud Deum rea statuitur. Quid est enim iste consensus, nisi Dei contemptus, et offensa ipsius? Non enim Deus ex damno, sed ex contemptu offendi potest. Ipse quippe est summa illa potestas, quæ damno aliquo non minuitur, sed contemptum sui ulciscitur. Peccatum itaque nostrum contemptus Creatoris est, et peccare est Creatorem contemnere, hoc est id nequaquam facere propter ipsum, quod credimus propter ipsum a nobis esse faciendum: vel non dimittere propter ipsum quod credimus esse dimittendum. Cum itaque peccatum diffinimus abnegative, dicentes scilicet: non facere, vel non dimittere quod convenit, patenter ostendimus nullam esse substantiam peccati, quod in non esse potius quam esse subsistat, velut si tenebras diffinientes dicamus: Absentiam lucis, ubi lux habuit esse.

CAPITOLUL III

Ce este viciul spiritului și ce se numește în mod propriu păcat?

Așadar, viciul este cel prin care sîntem făcuți să tindem spre a păcătui, adică sîntem înclinați să consimțim la ceea ce nu ni se potrivește, încît s-o facem, sau dacă nu, să renunțăm la ea. Această consimțire o numim la propriu *păcat*, adică vina sufletului prin care acesta se face demn de învinovățire, sau este socotit răspunzător în fața lui Dumnezeu. Căci ce este oare această consimțire dacă nu disprețul față de Dumnezeu și jignirea adusă Lui? Dar Dumnezeu nu-și are marea putere în pedeapsă, ci în aceea că disprețuiește jignirea. El însuși este cea supremă putere care nu slăbește prin vreo pedeapsă, ci răzbună disprețul față de ea. Așadar, păcatul nostru este disprețul față de Creator, iar a păcătui înseamnă a-l disprețui pe Creator, adică să nu facem nicidecum pentru El ceea ce credem că trebuie să facem pentru El însuși, sau să nu părăsim de dragul Lui ceea ce de fapt credem că trebuie părăsit.

Și astfel, deoarece am definit în mod negativ păcatul, spunînd *a nu face*, sau *a nu părăsi*, am arătat clar că nu există nici o substanță a păcatului, pentru că în *nu există* subzistă mai degrabă ceva decît în *există*, ca și cum dacă definind întu-necimile am spune *absența luminii, unde lumina a avut ființă*⁴.

Sed fortassis inquires quia et voluntas mali operis peccatum est, quæ nos apud Deum reos constituit, sicut voluntas boni operis justos facit; ut quemadmodum virtus in bona voluntate consistat, nec in non esse tantum, verum etiam in esse sicut et illa. Quemadmodum enim volendo facere quod Deo credimus placere, ipsi placemus; ita volendo facere quod Deo credimus displicere, ipsi displicemus, et ipsum offendere sive contemnere videmur.

Sed dico quia, si diligenter attendamus, longe aliter de hoc sentiendum est, quam videatur. Cum enim nunquam peccemus, absque omni mala voluntate, et cum ipsa mala voluntas refrænata, non exstincta palmam resistantibus pariat, et materiam pugnae et gloriae coronam coriferat, non tam ipsa peccatum, quam infirmitas quaedam jam necessaria dici debet. Ecce enim aliquis est innocens, in quem crudelis dominus suus per furorem adeo commotus est, ut eum evaginato ense ad interimendum persequatur. Quem ille diu fugiens, et quantumcumque potest, sui occisionem devitans, coactus tandem et nolens occidit eum, ne occidatur ab eo. Dicito mihi, quicumque es, quam malam voluntatem habuerit in hoc facto? Volens siquidem mortem effugere, volebat propriam vitam conservare. Sed nunquid hæc voluntas mala erat? Non, inquires, hæc arbitrator, sed illa quam habuerit de occisione domini persequentis. Respondeo bene et argute dicis, si voluntatem posses assignare in eo quod asseris.

Dar, poate, cineva va spune că și voința de a făptui răul este un păcat ce ne face vinovați față de Dumnezeu, după cum voința de a făptui binele ne face dreți, încît după cum virtutea constă în voința de bine, iar păcatul în voința de rău, tot astfel nici în *a nu fi* nu e virtute cît în *a fi*. Căci după cum – voind să facem ceea ce credem că îi place lui Dumnezeu, – îi vom fi plăcuți acestuia, tot astfel – voind să facem ceea ce știm că nu-i este plăcut – îi vom displace și va părea că îl jignim și îl disprețuim.

Eu zic însă că, dacă observăm mai atent, în legătură cu aceasta trebuie să simțim cu totul altfel decît ni se pare căci, adesea, cînd păcătuim departe de orice voință de rău și cînd însăși voința de rău înfrînată, dar nu stinsă, naște pentru cei îndirjiți ramura de palmier⁵ și le oferă materia luptei și coroana gloriei, trebuie vorbit mai degrabă despre o infirmitate decît despre păcatul însuși. Căci iată-l, altul este nevinovatul împotriva cui s-a pornit din cauza furiei crudul său stăpîn, urmărindu-l cu sabia scoasă din teacă pentru a-l nimici; cel ce fuge urmărit, evitînd pe cît se poate uciderea aceluia, constrîns totuși – fără voie – îl ucide, spre a nu fi ucis de el.

Spuneți-mi mie, cine este oare cel care a avut voința de rău în această întîmplare, dacă cineva, dorind să scape de moarte, dorea de fapt să-și salveze propria viață? Dar nu cumva chiar această dorință era rea? Bănuiesc că se va răspunde nu, și că voința rea era cea pe care a avut-o pentru uciderea stăpînului care îl urmărea. Eu răspund: Vorbești bine și subtil dacă poți pune pe seama voinței ceea ce susții.

Sed, jam ut dictum est, nolens et coactus hoc fecit, quod, quantum potuit, vitam incolumem distulit, sciens quoque ex hac interfectione vitæ sibi periculum imimere. Quomodo ergo illud voluntarie fecit, quod eum ipso etiam vitæ suæ periculo commisit?

Quod si respondeas ex voluntate id quoque esse factum, cum ex voluntate scilicet mortem evadendi, non dominum suum occidendi, constet in hoc eum esse inductum, nequaquam id refellimus; sed, ut jam dictum est, nequaquam voluntas ista tanquam mala est improbanda, per quam ille, ut dicis, mortem evadere, non dominum voluit occidere; et tamen deliquit consentiendo, quamvis coactus timore mortis injustæ interfectioni quam eum potius ferre quam inferre oportuit; gladium quippe accepit per se, non traditum sibi habuit a potestate: unde Veritas: «Omnis», inquit «qui acceperit gladium, gladio peribit;» (Matth., cap. XXVI, v. 52) hoc est, damnationem atque animæ suæ occisionem ex hac temeritate incurrit. Voluit itaque, ut dictum est, ille mortem evadere, non dominum occidere; sed quia in occisionem consensit, in quam non debuit, hic ejus injustus consensus, qui occisionem præcessit, peccatum fuit.

Quod si quis forte dicat: Quia noluit dominum suum interficere propter hoc ut mortem evaderet; non ideo simpliciter inferre potest, quia voluit eum occidere; veluti si dicam alicui: Quia volo ut habeas cappam meam propter hoc, ut des mihi quinque solidos; vel libenter eam pro pretio ista fieri tuam volo, non ideo con-

Dar, după cum s-a spus, a făcut-o constrâns și fără voie, păstrându-și teafără viața – atît cît a putut – știind însă că prin această ucidere se pune în pericol pe el însuși; așadar, cum oare să fi săvîrșit acela ceva, în mod voluntar, care să-i aducă în față primejduirea propriei vieți? Dacă ai răspunde că pînă și aceasta a fost săvîrșită prin voință, adică din voința de a ocoli moartea și nu de a-și ucide stăpînul, s-ar constata că aici s-a introdus ceva străin de subiect; nu respingem nicidecum aceasta. Dar, această voință prin care, după cum spui, a vrut să ocolească moartea și nu să-și ucidă stăpînul, deși socotită rea, nu trebuie respinsă cu totul; chiar dacă a fost constrâns de teama unei morți nemeritate, s-a făcut totuși vinovat consimțind căci s-ar fi căzut să se lase mai curînd pe sine în seama morții decît s-o provoace el însuși; sabia a luat-o prin propria sa voință, nefiindu-i oferită printr-o întîmplare firească; de unde și cuvintele Adevărului: „Oricine va lua sabie asupra sa, de sabie va pieri” (Matei, XXVI, 52) adică, din cauza acestei întîmplări oarbe, acela a căzut în pedepsirea și uciderea sufletului său deoarece a consimțit la o crimă față de care nu ar fi trebuit să simtă astfel această nedreaptă consimțire a sa, care a precedat uciderea, a fost un păcat.

Dacă, din întîmplare, cineva ar spune astfel: „Deoarece nu a vrut să-și ucidă stăpînul, pentru ca astfel să ocolească moartea” nu s-ar putea trage în mod simplist concluzia *deoarece a vrut să-l ucidă*; ar fi ca și cum i-aș spune cuiva: de aceea vreau să ai mantaua mea pentru ca tu să-mi dai cinci monede de aur; sau: doresc cu plăcere ca ea să-ți aparțină la prețul acesta, dar aceasta nu înseamnă că admit să și fie a ta;

cedo, quod eam tuam esse velim. Sed et si quis in carcere constrictus velit filium suum ibi pro se ponere, ut redemptionem suam perquirat, numquid ideo simpliciter concedimus quod filium suum in carcerem mittere velit, quod cum magnis lacrymis et cum multis gemitibus sustinere cogitur? Non utique talis ut ita dicam, voluntas, quæ in magno dolore animi consistit, dicenda est *voluntas*, sed potius *passio*. Et tale est; quia hoc vult propter illud, tanquam si diceretur quia quod non vult, tolerat propter illud, quod desiderat. Sic et infirmus uri, vel secari dicitur ut sanetur, et Martyres pati ut ad Christum perveniant; vel Christus ipse, ut nos ejus Passione salvemur. Non tamen ideo simpliciter concedere cogimur, ut hoc velint; nusquam enim passio esse potest, nisi ubi contra voluntatem aliquid fit; nec quisquam in eo patitur, ubi suam implet voluntatem, et quod fieri eum obiectat. Et certe Apostolus, qui ait: «Cupio dissolvi, et esse cum Christo;» (Philip. I, cap. I, v. 23) id est, ad hoc mori, ut ad eum perveniam, ipse alibi commemorat: «Nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale a vita.» (Corinth II, cap. V, v. 4) Quam etiam sententiam a Domino dictam beatus Augustinus meminit, ubi Petro dixit: «Extendes manus tuas et alius te cinget, et ducet quo tu non vis.» (Joan., cap. XXI, v. 18). Qui etiam juxta infirmitatem humanæ naturæ assumptam Patri ait: «Si possibile est, transeat a me Calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.» (Matth., cap. XXVI, v. 39)

sau: dacă cineva aflat în închisoare, constrâns de împrejurări, ar vrea să-și pună fiul în locul său, plătindu-și astfel răscumpărarea, n-am accepta oare în mod simplist că vrea să-și bage fiul la închisoare, silit să îndure aceasta cu șuvoaie de lacrimi și gemete nenumărate? În asemenea situații însă, cea care apare în marea durere a spiritului, ca să zic așa, nu trebuia numită voință, ci mai curînd, pătimire. Așa și este, deoarece se voiește ceva din cauza a altceva, ca și cum s-ar spune că suportă ceea ce nu vrea din cauza a ceea ce dorește. Astfel se spune că infirmul se mistuie sau se sfișie pentru a se însănătoși, iar martirii pătimesc pentru a ajunge la Hristos; Hristos însuși o face pentru ca noi să fim mîntuiți prin pătimirea lui. Sîntem totuși siliți să nu acceptăm atît de ușor aceasta precum ar voi-o unii. Pătimirea nu poate exista decît acolo unde apare ceva împotriva voinței; și nici nu se poate pătimi întru ceva care ți-a umplut voința și îți face plăcere în devenirea lui. Cu siguranță aceasta o arată și Apostolul spunînd: „Doresc să fiu eliberat și să fiu cu Hristos” (Filipeni I, 23), adică să mor pentru a ajunge la El; tot el ne reamintește în alt loc: „Nu vrem să fim prădați, ci să fim înveșmîntați, spre a fi absorbit din viață ceea ce este muritor” (II Corinteni, V, 4).

Fericitul Augustin⁶ ne amintește că tocmai această cugetare de la Dumnezeu este și în ceea ce se spune lui Petru: „Întinde brațele tale și un altul te va cuprinde și te va duce acolo unde tu nu vezi” (Ioan, XXI, 18).

Tocmai din cauza slăbiciunii naturii omeștești luate asupra sa, El îi spune Tatălui: „Dacă s-ar putea, să treacă de la mine acest pocal, dar nu după cum vreau eu, ci în adevăr după cum Tu vrei!” (Matei, XXVI, 39).

CUPRINS

	Cuvîntul traducătorului	5
PROLOGUS	PROLOG.....	7
CAPUT PRIMUM	CAPITOLUL I	
De vitio animi, quod ad mores pertinet.	Despre viciul spiritului ce ține de obiceiuri	8
CAPUT II	CAPITOLUL II	
Quid distet inter peccatum et vitium inclinans ad malum?	Ce deosebire este între păcat și viciul ce ne-ndeamnă spre rău?.....	9
CAPUT III	CAPITOLUL III	
Quid sit animi vitium et quid proprie dicatur peccatum?.....	Ce este viciul spiritului și ce se numește în mod propriu păcat?	11
CAPUT IV	CAPITOLUL IV	
De suggestionibus demonum.....	Despre sugestiile demonilor	34
CAPUT V	CAPITOLUL V	
Cur opera peccati magis quam ipsum puniatur.....	De ce este pedepsită mai mult făptuirea păcatului decât păcatul însuși.....	36
CAPUT VI	CAPITOLUL VI	
De peccatis spiritualibus vel carnalibus.	Despre păcatele spirituale și cele trupești	39
CAPUT VII	CAPITOLUL VII	
Cur Deus dicatur inspector cordis et renum.	De ce este numit Dumnezeu cercetătorul inimii și al rinichilor	40
CAPUT VIII	CAPITOLUL VIII	
De remuneratiohe operam exteriorum.....	Despre recompensarea făptuirilor exterioare	46
CAPUT IX	CAPITOLUL IX	
Quod Deus et homo in Christo uniti non sit melius aliquid quam solus Deus.	Din ce motiv Dumnezeu și omul uniți în Hristos nu reprezintă ceva mai bun decît Dumnezeu singur	47
CAPUT X	CAPITOLUL X	
Quod multitudo bonorum non est melius uno bonorum.	De ce mulțimea bunurilor nu reprezintă ceva mai bun decât unul dintre ele	49

CAPUT XI	CAPITOLUL XI
Quod intentione bona sit opus bonum. 50	Cum există făptuirea bună pri intenția bună..... 50
CAPUT XII	CAPITOLUL XII
Unde bona intentio sit dicenda? 51	De unde trebuie numită intenția bună? 51
CAPUT XIII	CAPITOLUL XIII
Quod peccatum non est nisi contra conscientiam. 53	De ce păcatul există numai împotriva conștiinței? 53
CAPUT XIV	CAPITOLUL XIV
Quot modis peccatum dicatur? 55	În câte feluri este numit păcatul?..... 55
CAPUT XV	CAPITOLUL XV
Utrum omne peccatum sit interdictum? 63	Oare orice păcat este interzis? 63
CAPUT XVI	CAPITOLUL XVI
Utrum melius sit a levioribus culpulis quam gravioribus abstinere? 66	Ar fi oare mai bine să ne abținem de la vina mai ușoară decât de la cea mai gravă? 66
CAPUT XVII	CAPITOLUL XVII
De peccatorum reconciliatione. .. 70	Despre reconcilierea păcatelor..... 70
CAPUT XVIII	CAPITOLUL XVIII
Quid proprie dicatur penitentia? .. 71	Ce se numește la propriu căință? 71
CAPUT XIX	CAPITOLUL XIX
De fructuosa penitentia. 77	Despre căința rodnică 77
CAPUT XX	CAPITOLUL XX
Utrum quis de uno peccato sine altero penitere possit? 81	Oare ar putea cineva să se căiască pentru un păcat separat de altul? 81
CAPUT XXI	CAPITOLUL XXI
Inustum non esse, dignum premio non donari. 84	A nu fi însemnat, a nu-l dărui pe cel demn de recompensă..... 84
CAPUT XXII	CAPITOLUL XXII
De peccato inremissibili 86	Despre păcatul de neiertat..... 86
CAPUT XXIII	CAPITOLUL XXIII
Utrum penitentes gemitum sui doloris hinc secum deferant 88	Oare cei ce se căiesc își poartă cu sine geamătul durerii și după aceea?..... 88
CAPUT XXIV	CAPITOLUL XXIV
De confessione. 89	Despre mărturisire 89
CAPUT XXV	CAPITOLUL XXV
Quod nonnunquam confessio dignitate potest. 92	Cum poate fi lăsată la o parte mărturisirea în unele cazuri 92

CAPUT XXVI	CAPITOLUL XXVI
Utrum generaliter ad omnes pertineat prælatos solvere et ligare? 101	Le revine oare, în general, tuturor preoților dreptul de a mântui și de a lega?..... 101
	NOTE..... 109
	POSTFAȚĂ de Gh. Vlăduțescu 115